140

Michaeli Cancellario Moldaviæ centum Marcæ assignatæ in Zuppis Cracoviensibus aut Ruteniais, nomine Casimiri regis.

Nos Predborius de Koniecpole, Sandomiriensis, Præmisliensis Capitaneus, et Johannes Kmitha de Wyszniecze Leopoliensis Castellani. Recognoscimus præsentium cum tenore, quibus expedit universis. Quomodo pro Serenissimo principe ac domino domino Kazimiro Dei gratia rege Poloniæ ac magno duca Lithuaniæ promisimus, promittimusque per præsentes. Quia magnifico domino Mihul Cancellario terræ Moldaviensis annatim redditum centum marcarum pecuniæ communis in regno currentis ex Zuppis Cracoviensibus sive Russiæ, aut de alijs proventibus Serenissimus dominus rex dabit et persolvat realiter et cum effectu In cujus testimonium, sigilla Nostra presentibus sunt appensa. Datum in Sereth Die dominica proxima post festum Sancti Mathei Apostoli et Evangelistæ. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Ta Kopia z Oryginału pargaminowego przepisana Dnia 2go Września Roku Panskiego 1785go. u ktorego dołu wiszą na Zawiaskach pargaminowych pieczęci dwie.